



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

XXII. Markgraf Ludwig gestattet der Stadt Neu-Landsberg, die Hälfte des Zolles zu Zantoch einzunehmen, und befreiet die Bürger der Stadt von Zollabgaben an diesem Orte, am 18. Februar 1340.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

XXII. Markgraf Ludwig gestattet der Stadt Neu-Landsberg, die Hälfte des Zolles zu Zantoch einzunehmen, und befreiet die Bürger der Stadt von Zollabgaben an diesem Orte, am 18. Februar 1340.

Ludouicus, dei gratia Brandenburgensis et Lusatie Marchio, Comes Palatinus Rheni, Dux Bauarie, Sacri Romani imperii Archi-Camerarius, Prudentibus viris et discretis Consulibus et vniuersitati ciuitatis noue Landtſpergk gratiam et notitiam subscriptorum. Ob amplificacionem rerum, commoditatum et honorum vestrorum, quibus meritorum vestrorum commendabilium consideratione solida mente intendere nitimur, vobis, successoribus vestris hanc prerogatiuam siue gratiam decreuimus facere singularem, Videlicet quod a mercimoniis quibuslibet et quibuscunque per aquam descendentibus medietatem theloni, quod quidem integraliter in castro Zantoch recipi consuetum est, in antea sine prohibitione qualibet perpetuis temporibus recipere valeatis, lignis ad edificia et ad structuras domorum valentibus, que tamen thelonium plenum et integrum soluere tenebuntur, duntaxat exceptis, liberam et omnimodam damus et concedimus libertatem, supportantes singulos et vniuersos vestros conciuos corporali vobis residentia commorantes, sic quod ad huiusmodi promissi theloni dationem siue solutionem in antea minime teneantur. Reseruantes tamen nobis, heredibus et successoribus nostris medietatem omnium obventionum ex ipso peruenire potentium residuamque medietatis partem vestris, successorum vestrorum et ciuitatis vestre volumus vsibus applicari. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes vero huius sunt Nobilis Gunterus Comes de Schwartzburgk, dominus Johannes de Buch, Capitaneus noster dilectus, Johannes Hufener, Camere nostre Magister, Heylo, Marschalcus, Bombrecht, cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Berlin, Anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XL<sup>o</sup>., feria sexta ante Dominicam Exurge.

Aus dem Landsberger Copialbuche No. XII. In der Diekmann'schen Urkunden-Sammlung des Geh. Staatsarchives fol. 211 befindet sich dieses Document mit dem Datum feria quinta ante etc. d. i. den 17. Februar.

XXIII. Mathias und Nicolaus von Jagow geben der Stadt Neu-Landsberg zwei Wispel Getreidepacht aus der Spitzmühle zu Lehn, am 5. Juni 1342.

In nomine Domini amen. Memorabilis testatio literarum acta modernorum deducit ad notitiam futurorum, non sinens ea supprimi suggestione fraudis aut erroris per temporum momenta. Nos igitur Mathias, miles, ac Nicolaus, famulus, patri, conditi de Jagow, coram uniuersis et singulis Christi fidelibus presentibus et futuris, ad quorum notitiam presentes litere peruenerint, recognoscimus lucide profitentes, quod diligenti deliberatione prehabita contulimus et presentibus literis conferimus laudabilibus viris Consulibus et toti vniuersitati ciuitatis noue Landesbergk redditus et proventus duorum Chororum — in molendino prope ciuitatem predictam, quod vulgari-ter dicitur Spizmole, omnibus et singulis annis in perpetuum absque contradictione et impedi-